



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XVII. Ratio veræ religionis conseruandæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Principum bitratu quam libet falsam opinionem fingendi, licentiam per-
incuria se- mittunt.
ctā crescunt

Doctores Tertio, pingues illi (vt Psalmus vocat) & potentes docto-
potentes cō- res, sectarum autores, summa se opera coniungunt, easdem
spirant. sententias, & eosdem animos mutuo tuerunt. Pacificè inter
se viuunt, alter alterum defendit & excusat. Ac si quis maxi-
me alterius sectam non approbat, tamen amat eum, vt ita fi-
at, quemadmodum vulgo dici solet: Parce mihi, vt parcam ti-
bi, conuiue saltem, si non vis probare, idem faciam & ego. Ita
sepe accidit, vt haresiarcha quispiam alterius sectam quam
non probat, non tamen oppugnet, & si aliquamdiu aliquid a-
gat tamen non persequatur. Et de hac causa successus heretico-
rum cum dolore conqueritur Dauid Propheta Psalm. 17. cum
inquit: Pingues eorum sunt conuincti.

Dedecus pu Quarto, res iam eo rediit, vt multi hoc tempore turpitudi-
se falsis straribus & sectarum autoribus, cum quidem semper
tant obfiste- in Ecclesia maximum id fuerit decus, & pro vero Christiane
re haresibus virtutis documento celebratum.

Quinto, quid obstat quo minus hoc tempore varia nascan-
tur hareses, cum nullis hominibus maiores tolerande sint
contumelie, iniurie, maledicta, cauationes, quam ipsis illis,
qui se fanaticis doctoribus opponunt, ita quidem, vt per con-
uiuium Stoici appellentur, hoc est, duri ac precipites, qui ni-
hil sibi cum aliis commune volunt, quibus nihil aliorum pla-
cet: quasi vero magna sit virtus, omni vento & afflatu falso-
rum dogmatum leuissime & quidem volentes rapi atque
circumferri. Deinde clamosi nuncupantur, hoc est, iurgato-
res, & rixatores, qui plenis labris, importunisque clamoribus
ad seditionem, & tumultum hominum elasticam cauant.

Inuidiosum Neque vident, quod ipsi vituperant factum, id summam no-
& pericu- bis laudem decernere. Tolerabilius est enim & melius, Cato-
lium resi- nem in his rebus agere & Stoicum, & ad rationem vsque procla-
mere sectis. mittere, quam turpi silentio omnes fraudibus patefacere
fenestras. Non enim silentio sed voce lupus reuocatur. Tace-
mus, quod ipsa scriptura clamores Prophetarum & do-
ctorum commendat, & contrario silentium adeo vitupe-
rat, vt eiusmodi Silenos & Mutos mutis cambus compa-
ret.

Doctores Sexto, satis est fanaticis hominibus occasionum hoc tem-
causam pore crescendi, quoniam formidine quadam & metu amit-
suam dese- tendere tranquillitatis, fortunarum gratia, laudis, etiam sin-
runt. ceri doctores propemodum omnes tacent, languide agunt, hor-
ribili temeritate atque securitate permittunt negotium sibi
ipsi & fortuna sue. Et quamuis inclamant nonnulli, tamen
cum deferantur ab aliis turpissime, soli non possunt tanti mo-
lem negotii suis humeris sustinere.

Hostibus se Septimo, etiam si qui adhuc supersunt sinceri doctores, nec-
iungunt. dum infecti fanaticarum opinionum veneno, tamen sunt lan-
guidi, meticulosi & animo paulo abiectiori, quam vt veritatis
causa periculum incurrere velint: quiescunt igitur, & specta-
tores sunt eius fabula cui tamen ipsi primo applaudere nolint.
Sed si bona est Catastrophe alteri parti, nempe clamantibus
& scriptitantibus illis: & tibi bonam esse volunt, & partem
victoriae non mediocrem suae virtuti & constantiae arrogant.
Sin autem (sicut saepe bona causa per vim opprimitur) diuer-
sum eueniat, collum suum reducunt ex nodo, quasi nihil a se
actum proficentes, & idcirco propter externam pacem alteris
se dedunt, quorum iniusta est causa, contra suam conscien-
tiam. Cum igitur aduertunt hoc heretici, nos non simul &
eadem fide virgare propositum, animantur & in instituta fal-
sitatibus malitiose ac pertinaciter haerent, & subinde alias no-
uas comminiscuntur.

Vi hereses Octauo, crescunt etiam sectae propter nouam illam tyrannidem,
inducuntur quae suboritur in Ecclesia. Si quis non statim approbet
alterius errorem, indignationem & offensionem potentio-
rum incurrit, ac saepe de vita periclitatur. Hanc tyrannidem
sectarum applausores stabiliunt in aliis. Et ipsi adeo non sunt
ab hac tyrannide vacui, vt non possint sibi temperare, etiam
cum humanissima cum eius colloquia & actiones instituan-
tur. Atque ita ferunt homines, ne possint amplius libere suam
sententiam profiteri: itaque in hoc vnum omnes incumbunt,

vt errores tyranni vi obtudant aliis, quod tamen (Deo iu-
uante) non facient perpetuo, A M E N.

CAPVT XVII.

Ratio verae religionis conseruanda.

§. 1. PRIMO quidem hoc vnice agendum est in
Republica. Vt vna vera, antiqua scripturis, &
traditione apostolica tradita, sanctis patribus cognita
fides omnibus superstitionibus euulsis, doceatur, ac
conseruetur.

Non enim pacem duntaxat diuersarum sententiarum
pugnae rumpunt, sed fœdera etiam, religionem, ac
numinis cum veneratione timorem requirunt. Ne-
mo enim facile amicitias cum eo contrahit, quem
Dei nouit inimicum; Laudaturque Theodorici Af-
ricae ducis illustre exemplum; quamuis enim Aria-
nus esset, Diaconum tamen, qui non errore intelli-
gendi, sed adulandi turpitudine in gratiam princi-
pis ad Arianismum defecit, è vestigio occidit, neque
enim sibi fidem seruaturum esse arbitrabatur, qui
Deo violasset. Sine fide igitur amicitia esse non po-
test, cum sit rerum humanarum, & diuinarum cum
caritate consensio. Quae nulla est, si alius alium im-
pium, & detestabilem esse existimat. Deinde omnes
magno quodam desiderio suam tueri, & augere reli-
gionem conantur, id quod nostra aetas edocet, quae
nullam heresin adeo tetram, adeo à pietate, & ratio-
ne abhorrentem vidit, quam non cupidissime sit
plexa; quamuis, qui mos est valde amantium, ce-
lerissime fastidierit. Hinc bella cruentissima sunt, quae
pietatis opinione geruntur, in quibus occidere san-
ctitas, cadere felicitas existimatur; nullus affectuū,
& cognationum respectus, publica, & domestica pax
turbatur, eadem in domo praelia miscentur, magi-
stratus alterutram populi partem necessario, saepe
ambas inimicas habet, non enim nisi vni obsecunda-
re potest, cadit illius auctoritas, cum à pluribus im-
pius, & profanus indicatur. Verum hinc de rebus
iam supra dictum est. Nunc seruandae religionis ra-
tiones proponamus.

§. 2. Primum est, & veluti fundamentum verita-
tis ac fidei seruandae, vitiis obistere, subditorum fa-
stum retundere, libidines frenare, auaritia modum
ponere. Nunquam haresis sui causa orta est; alieui
vitio per nouitatem superstitionis quasitum est fo-
mentum, vel impunitas. Homo quem flagitia sua
premunt, facile in errorem pellitur, & quemadmo-
dum in homine morborum sunt quaedam, ita in Re-
publica haereseon, & superstitionum ægros, & con-
iecturae. Vere Seneca libro 3. de ira cap. 10. Verus
dictum est à Iasso rixam queri, aequae autem & ab esuriente, &
à sitiente, & ab omni homine, quem aliqua res vitit. Nam vt
vlcera ad leuem tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus
condoleant: ita animus affectus minimis offenditur, adeo vt
quosdam salutatio, epistola, oratio & interrogatio in litem e-
uocent. Nunquam sine querela agra tanguntur, optimum est
itaque ad primum mali sensum mederi sibi: tum verbis quoque,
suis minimum libertatis dare, & inhibere impetum. Facile est
autem affectus suos cum primum oriuntur, deprehendere, mor-
bum signa praecurrunt. Quemadmodum tempestatis ac pluuie
ante ipsas notas veniunt: ita ire, amoris, omniumque istarum
procellarum animos vexantium sunt quaedam praeuicia. Qui
comitali vitio solent corripit, iam aduentare valetudinem in-
telligunt, si calor summa deseruit, & incertum lumen, neruo-
rumque trepidatio est: si memoria sublabitur caputque ver-
satur. Solitis itaque remediis incipientem casum occupant,
& odore gustuque quicquid est quod alienat animos re-
pellitur: aut fomentis contra frigus rigoremque pugna-
tur: aut si parum medicina profecit, vitauerunt turbam &
sine teste ceciderunt, proderit morbum suum nosse, & vires
eius.

Vna religio
in vnore-
gno.

Apostata e-
tiam suis
viles sunt.

Multa he-
reses, & fer-
uida, sed
breues.

Cum diuer-
sa est reli-
gio, magi-
stratus sem-
per vnā
partem, sa-
pe vtramque
habet in-
sensam.

orthodoxia
fundamen-
tum boni
mores.

Hereses o-
mnes è vi-
tiis orta.

Variis affe-
ctus sunt,
quibus dū in
principio nō
resistitur, in
omnia im-
mania erū-
punt.

etiam antequam spaciatur opprimere. Videmus quid sit, quod nos maxime conuincit. Alium verborum, alium rerum contumelia mouent. hic vult nobilitati suae, hic formae suae parci, ille elegantissimus haberi cupit, ille doctissimus, hic superbia impatiens, hic contumacia, ille seruus non putat dignos quibus irascatur: hic intra domum sacus est, foris mitis, ille rogari, inuidiam iudicat: hic non rogari contumeliam. Non omnes ab eadem parte feriuntur.

Ob haec singula haereses oriuntur, alium spes, alium metus, alium indignatio, alium ebrietas, plurimos libido, ambitioque in nouas opiniones sectasque impulit.

§. 3. Haec in Republica prudens Magistratus aduertet, & corrigit. Superstitionem in decem tribus vniuersi Ietoboamianibito induxit, diffidia Phariseorum, & Saduceeorum partim ambitio, partim odia aulica fecerunt, cum malis artibus adrepere potentibus hypocritae ceperunt. Est hoc, semperque fuit haereticorum ingenium, vt ante sceleribus se indignos fidelium confortio, & penitis obnoxios redderent, quam errore & pertinacia, cum amissione plebis se separet. Quod de Nouato scribit Cypri. Ep. 49. in omnes conuenit. Nam de Nouato nihil inde ad nos fuerat nuntiandum, cum magis per nos nobis debeat Nouatus ostendi, rerum nouarum semper cupidus, auaritia inexplibili rapacitate furibundus, arrogantia & stupore superbi tumoris inflatus, semper isti Episcopis male cognitus, quasi haereticus semper & perfidus omnium sacerdotum voce damnatus, curiosus semper vt prodatur, ad bac adulatur vt fallat, nunquam fidelis vt diligit, sax & ignis ad conflanda seditionis incendia, turbo & tempestas ad fidei facienda naufragia, hostis quicquid, tranquilli litus aduersarius, pacis inimicus.

Deinde ita describit eius mores, vt iracundiam Hufsi, luxuriam Lutheri, crudelitatem Zvinglii, libidines Caluini, & Bezae, leccetas Anabaptistarum cades exprimere videatur. Nec hoc, inquit, quisquam miratur in talibus. Feruntur semper mali sui furor demerentes, & postquam scelera fecerint, conscientia ipsa scelerata mentis agitantur. Nec remanere in Ecclesia Dei possunt, qui Deificam, & Ecclesiasticam disciplinam nec actus sui conuersatione, nec morum pace tenuerunt. Spoliati ab illo populo, fraudata vidua, pecunia quoque Ecclesia denegata, has de illo exigunt penitus, quas in eius furor conspicimus. Pater etiam eius in vito fame mortuus, & ab eo in morte postmodum nec sepultus. Vterus vxoris calce percussus, & abortione prope rante in parvulum partus expressus. Et damnare nunc audet sacrificium manus, cum sit ipse nocentior pedibus, quibus filius qui nascitur, occisus est? Hanc conscientiam criminum iam pridem tenebat, propter hoc se non de presbyterio excitarum tantum, sed & communicatione prohiberi pro arte tenebat: & vt gentibus fratribus imminere cognitionis dies, quo apud nos causa eius ageretur, nisi persecutio ante venisset. Quam iste voto quodam euadenda, & lucrandae damnationis excipiens, hac omnia commisit & miscuit, vt qui eiici de Ecclesia, & excludi habebat, iudicium sacerdotum voluntaria discessione praeceperet, quasi euasisse sit penam, praenisse sententiam.

Haec talia conueniunt in omnes veteres. Nicolaum Antiochenum libido in haeresin impulit, Cerinthum, Menandrum, Gnosticos, Manichaeos, alia causa non abscidit ab Ecclesia, quam portentosa libidines. De Donatistis, Arianis, Macedonianis, Machemetanis nihil est necesse dicere. De Luthero, Oecolampadio, Carolstadio, Zvinglio, Caluino, Memnone, ceterisque, ipsi de se mutuo testantur, ingenio, vsu, moribus fuisse corruptissimos. Hoc igitur commendatum sibi habeat magistratus quod Timotheo Apostolus proponit. 1. Timoth. 1. 19.

Hoc praecceptum commendo tibi, i. Timothee, secundum praescientiam naufragam est, repellentes circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymenaeus,

& Alexander, quos tradidi satanae, vt discant non blasphemare.

§. 4. Alterum est, vt magna cura, ac studio in sacram doctrinam inquiratur, doctores idonei constituantur, docere, concionari, catechizare, verbo, & exemplo prodesse laborent. Cum enim fides sit ex auditu. Quomodo credentem quem non audierunt. Rom. 10. 15. Quomodo autem audient sine predicante? Quomodo vero predicabunt nisi mittantur? sicut scriptum est: Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona! Sed non omnes obediunt Euangelio. Isaias enim dicit, Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum Christi. Sed dico, Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum & in finis orbis terra verba eorum.

Neque enim alia causa tot errorum fuit, quam quod doctrina sacra negligere, eruditorum beneficia, sacerdotia, honores homines imperiti, profani, milites occuparent, paruuli vagientes in cunis Episcopabantur, vix nati iam Abbates erant.

§. 5. Tertium est, quod iam supra monui, vt Episcopos & doctores audiant etiam illi, quorum dignitas vt omni imperio superior, ita quaeque monitionum impatiens esse consuevit. Laudatissima est illa Gratian. Valent. Theodol. A. A. lex. T. 2. l. 1. torum.

Omnimodum cessatione cessante, vt scilicet, & canones pristinos Ecclesiasticos, qui vsque nunc tenuerunt, etiam per omnes Illyricas provincias seruari praecipimus: vt, si quid dubitatis emiserit, id oporteat (non absque scientia viri Reuerendissimi sacrosanctae legis antistitis Ecclesiae vrbis Constantinopolitanae, quae Romae veteris prerogatiua letatur) conuenit sacerdotali sanctoque iudicio reueruari.

Optime imperatores illi ex mente, & sententia Constantiniani magni, qui non vt Dominus Concilio Niceno, sed vt discipulus interfuit. Theodosius Ambrosium oblitentem, atque increpantem non modo plius quam adulatores purpurae fecit, sed etiam amauit. Adulatio enim cum apparet, inagnitas offendit, quia est exprobratio superbiae, sinceritas amatur, quia est fiducia virtutis. Cum enim Episcopis seuera Dei lege imperatum sit, vt etiam mortis propolita poena, docere, monere, reprehendere, punire pergant, dubitare nemo debet, quin omnibus impolita sit parendi necessitas, cum illis tam grauis Ecclesiasticae gubernationis prouincia iniungatur. Ea vero ratione subacta veritas diu defendi non potest. Aurea monita sunt, sed fortia, & fortibus data a fortissimo martyre S. Cypriano Epist. 55. Quod si ita res est frater charissime, vt nequissimorum timeatur audacia, & quod mali iure, atque aequitate non possunt, temeritate ac desperatione periciant: actum est de Episcopatus vigore, & de Ecclesia gubernanda sublimi ac diuina potestate, nec Christiani ultra aut durare, aut esse iam possumus, si ad hoc ventum est, vt perditorum minas atque insidias pertimescamus. Nam & gentiles, & Iudei minantur, & haereticus, atque omnes, quorum pectora & mentes diabolus obsecat, venenatam rabiem suam quotidie furiosa voce testantur, non tamen ita circodendum est, quia minantur, aut ideo aduersarius & inimicus maior est Christo, quam tantum sibi vindicat, & assumit in saeculo. Manere apud nos debet frater charissime fidei robur immobile, & stabilis atque inconcussa virtus contra omnes incursum, atque impetum oblatrantium fluctuum, velut petra obiacentis fortitudine & mole debet obfistere. Nec interest vnde Episcopo aut terror aut periculum veniat, qui terroribus & periculis vni obnoxius, & tamen fit de ipsis terroribus ac periculis gloriosus. Nec enim solas gentium vel Iudeorum minas cogitare & spectare debemus, cum videamus, ipsum Dominum a fratribus esse detentum, & ab eo, quem Apostolus ipse delegerat, proditum: inter initia quoque mundi Abel iustum non nisi frater occiderit, & Iacob fugientem persequutus sit frater infestus, & Ioseph puer venerit vendentibus fratribus in Euangelio etiam legamus, esse praedictum

Dum insani
Episcopi
pantur,
adulti da-
mnantur,
sanguis a-
nimarum
est in ma-
nibus colla-
torum.

Moneri de-
bent, quibus
imperari
non potest.

Qui laudat
praesentem,
superbiam
illi expro-
brat.

Omne no-
stri tempo-
ris haeretic
Nouati
mores ha-
bent.

Haereticus
eadem
ad hoc esse
in Ecclesia,
eius com-
munionem
indigni fue-
rant.

Mutua te-
simonio le-
ge scilicet
rum de se
mutuo.

Mala con-
fessio nau-
fragam est
fidei.

dictum magis domesticos inimicos futuros, & qui prius copulati sacramento vnanimitatis fuerint, ipsos inuicem tradituros. Nihil interest quis tradat, aut sauiat, cum Deus tradi permittat quos disponit coronari. neque enim nobis ignominia est pati à fratribus, quod passus est Christus: nec illis gloria est facere, quod fecerit Iudas.

Opes Ecclesiasticae sunt Republicae utilissima.

§. 6. Quartum est, Vt non modo Episcoporum, & doctorum eruditioni, vitaeque integritati recte consulatur, sed opibus etiam, atque auctoritate muniantur. Si enim praesidium, & iudicium dignitas firmanda est, vt legitimae potestatis excellentia controuersias ciuiles dirimant, quanto ampliore maiestate ornandi sunt, qui de rebus caelestibus & aeternis iudicant? Non ignoro multis videri nimias Episcoporum, & Cleri opes, sed ea de re libro de magistratu Ecclesiastico disputabo. Nunc moneo, Reipublicae prodesse plurimum, si magnae sint opes Ecclesiarum. Nam primo si religionis antistites admodum tenui crustula victitent, ad rerum corporearum curas vertuntur, nec modo studiorum occasionem perdunt, sed ne libros quidem idoneos comparare queunt.

Romani summo Pontifici Ethnico opes & honores tribuerunt.

Deinde facile non à diuitibus modo, & arrogantibus, sed etiam à moderatis contemnuntur, qua causa Romani apud quos tamen erant magno in contemptu Deorum cultores, & nonnulli etiam infames, Pontifici maximo cum re dignitatem addiderunt. Certe in veteri lege sacerdoti erat non multo minor, quam regni maiestas, quae etiam tandem cum regno coaluit. Tertio experientia docuit, cum rerum domesticarum sollicitudine tenentur, & circa domus suae mala districti sunt sacerdotes, doctores ipsos doctrinam sacram obiter tractare, & quasi in secundis habere; prima enim illis cura est viuendi, altera docendi. Hinc si Lutheranos, & Caluinianos intueamur, facile videbimus, postquam primi furoris aestus deferbuit, postquam apostatarum, qui Catholicis in Academiis eruditi, scientiam suam in venena verterunt, multitudo defecit, omnia impetitia, impietate, contentione plena esse, iamque contemptissimum esse Ministrorum Euangelicorum nomen; nam plerique cum sint patres familias, pauperes, fame magis, quam pietate ducuntur, vt populo fabulas venditent, hinc metu & spe in omnem partem flexiles sunt, & quod histriones solent, theatro sese accommodant. Famam suam, & constantiam opinionem vilem habent, dum rei augenda inhiant.

Primum hereticorum feruor ex timore fuit, ne in ordinem redirentur.

In coll. Hertzeberg. Vxoress & liberos habemus, quid faciemus?

Princeps itaque vt religionis praesules doctoresque habeat constantes, bonae famae, nobiles, potentes, fideles regno, commoda eorum augebit, arces etiam, & iudicia concedet, vt in Imperio, atque aliis regnis fieri cernimus, cum enim paci dediti sint, procul habeant causas tumultuandi, plurimum iuant causam Reipublicae.

Mature haeresibus occurrendum.

§. 7. Quintum est, & solidum aduersus nouitatem, discordiasque praesidium, vt contentionum ansae, & initia praecedantur, ingeniorum petulantia coerceatur, illi qui disputare, quam viuere gloriosius esse iudicant, mature exterminentur. Callide Hollandiae proceres monebat Britanniae rex, vt in herba Arminianos opprimerent, quod si illi fecissent, contra tantam legetem depugnare opus non fuisset.

Est hoc malum non in populo, sed primoribus, & olim fuit. Cyprianus Epist. 64. De contentione autem & dolo quid me atinet dicere; quando ista vitia non in plebe, sed in nostro numero grauiora sunt? Horum autem morborum mater, superbia est, & humanae laudis auaritia, quae etiam hypocritarum sepe generat.

Multi sancta arbitria

Vera querela magni viri est: Sensi enim sepe dolens & gemens multas infirmorum perturbationes fieri, per quorum-

dam fratrum contentiosam obstinationem, vel superstitiosam timiditatem, qui in rebus huiusmodi, quae neque scripturae sanctae auctoritate, neque vniuersalis Ecclesiae traditione, neque vita corrigenda vtilitate ad certum possunt terminum peruenire, (tantum quia subest qualiscunque ratiocinatio cogitantis, aut quia in sua patria sic ipse consuevit, aut quia ibi vidit, vbi peregrinationem suam quo remotiorem à suis, eo doctorem factam putat) tam litigiosas excitant quaestiones, vt nisi quod ipsi faciunt, nihil recte existiment.

Hoc contendendi studiū cum in Rempublicam, & religionem ingruit, inter familiarissimos summas lites, odiaque concitat, & in contrarium errorem rapit, sic Eutyches oppugnando Nestorium in haeresim impegit.

§. 8. Consulto olim Fredericus Palatinus Elector, cum Academia Heidelbergensis mutatae religionis exordio in duas factiones Lutheranam, & Caluinianam scinderetur, vtrique partis silentium indixit. Consulto Hollandiae proceres inter veteres, & novos Caluinianos concordiam statuere conati sunt, & ne quisquam alium accusaret, damnaretue impietatis, imperarunt; sed vbi vtrique de superstitione agitur, non potest esse stabilis concordia, sicut cum errori contra veritatem libertas eripitur. Initio haeresicon emergentium scripturae auctoritatem & prophetandi, seu interpretandi libertatem omnes quali iure quodam postulabant. Sed libertas illa errorum, multis modis Rempublicam afflixit. Nam omnia semper immutat, & quae mutauit, mox repetit, aut alio vertit. Non ignorauit hoc tyrannus & apostata callidissimus Iulianus, non enim prorsus genere persecutionis plus damni Ecclesiis intulit, quam fauendo. Vnumquemque enim suo arbitrio viuere, & suo ritu docere permisit, vt licentia auangeret dissensiones Christianorum.

Nulla lego satis error defendi potest.

Libertas errorum noxia.

Iulianus licentia errorum permissa tollere religionem cogitauit.

Quod si magistratus serio mala emergentia perpendat, facile intelliget, quemadmodum, si furandi, adulterandi, latrocinandi licentia permittatur, omnia mox scelera flagitiaque inundabunt, sic vbi, de Deo sentiendi pro arbitrio, blasphemandi, caeremoniarum impiarum, & rituum fuerit inducta nequitia, liberrime in omnia, & in omnes grassatura, necesse esse concidere Rempublicam.

§. 9. Sextum conseruanda religionis praesidium est, prudens Principis, & cuiusvis magistratus secundum leges adhibita vis, & coactio, multaeque ac potestatis. Durum videri scio, mentibus liberis iura dare, conscientiasque constringere. Cum suae quisque salutis, aut exitii esse arbitrer debeat. Nec ad salutem cogere Deus ipse solet. Imo multis absurdum id videtur, cum illa legum seueritas hypocritas, non vere pietatis cultores efficiat. Tuminis, & metu tormentorum quemquam cogere te posse arbitraris, vt Deum amet: vt quod fallum esse putas, verum iudicet?

Vis contra impios adhiberi potest.

Sed tamen non modo ius hoc datum est principi, sed absque officii neglecti scelere, seueritatem aliquam omittere nullo modo potest. Consultus hac de re sanctus Augustinus in hunc modum respondit.

Trahere ad salutem potest principis, & debeat.

Displicet tibi quia traheris ad salutem, cum tam multos nostros ad perniciem traxeris. Quid enim volumus nisi te comprehendi, & praesentari, & seruari ne pereas? Quod autem in corpore latu es, ipse tibi fecisti, qui iumento tibi mox possunt. Admoto uti noluisse, & te ad terram grauius collisisti. Nam vtrique alius qui adductus est tecum collega tuus illeceus venit, qui talia sibi ipse non fecit. Sed neque hoc putas tibi fieri debuisse, quia neminem existimas cogendum esse ad bonum. Attende quid Apostolus dixerit. Qui Episcopatum desiderat, bonum opus concupiscit, & tamen tam multi vt Episcopatu suscipiant, tenentur iniuri, perducuntur, includuntur, custodiuntur, patiuntur tanta quae volūt, donec eis adsit voluntas suscipiendi operis boni, quanto

A malo per vim abducuntur.

quāto magis vos ab errore pernicioso in quo nobis inimici estis, trahendi estis, & deducendi ad veritatem vel cognoscendam vel eligendam, non solum ut honorem salubriter habeatis, sed etiam ne pessime pereatis. Dicis Deum dedisse liberum arbitrium; ideo non debere cogi hominem nec ad bonum. Quare ergo illi, de quibus supra dixi, coguntur ad bonum? Attende ergo quod considerare non vis. Ideo voluntas bona misericorditer impenditur, ut mala voluntas hominis dirigatur. Nam quis nesciat nec damnari hominem, nisi merito mala voluntatis, nec liberari nisi bonam habuerit voluntatem? Non tamen ideo qui diliguntur, mala suae voluntati impune & crudeliter permittendi sunt, sed ubi potestas datur, & a malo prohibendi, & ad bonum cogendi. Nam si voluntas mala semper sua permittenda est libertati, quare Israelita recusantes & murmurantes tam duris flagellis a malo prohibebantur, & ad terram promissionis compellebantur? si voluntas mala sua permittenda est libertati, quare Paulus non est permittendus ubi pessima voluntate qua persequatur Ecclesiam, sed posttratus est ut exaceraretur, & exaceratus est ut mutaretur, mutatus ut mitteretur, missus ut qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur? Si voluntas mala semper sua permittenda est libertati, quare monetur pater in scripturis sanctis, filium durum non solum verbis corripere, sed etiam laetitia eius raudere, ut ad bonam disciplinam coactus & domitus dirigatur? Vnde idem dicit: Tu quidem percusisti eum virga, animam autem eius liberasti a morte. Si mala voluntas semper sua permittenda est libertati, quare corripuntur negligentes pastores, & dicitur eis: Errantem quem non reuocasti, perditam non requisistis? Et vos oues Christi estis, characterem Domini cum portatis in sacramento quod accepistis, sed erratis & peritis.

Oues errantes reuocanda ad caulas.

Non ideo nobis displicamus quia reuocamus errantes, & querimus perditos. Melius enim facimus voluntatem Domini momentis, ut vos ad eius ouile redire cogamus, quam consentiamus voluntati ouium errantium ut pereire vos permittamus. Noli ergo iam dicere quod te asidue audio dicere: sic nolo errare, sic nolo perire. Melius enim nos hoc omnino non permitimus quantum possumus. Modo quod te in puteum ut morereris misisti, utique libera voluntate fecisti. Sed quam crudeles essent serui Dei, si huius mala tua voluntate permitterent, & non te de illa morte liberarent? Quis eos non merito culparet: quis non impios recte iudicaret? Et tamen tu te volens in aquam misisti ut morereris; illi te nolentem de aqua leuauerunt, ne morereris. Tu fecisti secundum voluntatem tuam, sed in perniciem tuam; illi contra voluntatem tuam, sed propter salutem tuam. Si ergo salus ista corporalis sic custodienda est, ut etiam in nolentibus ab eis qui eos diligunt seruetur, quanto magis illa spiritualis in cuius desertione mors aeterna meretur.

Perniciosi libri salutariter prohibendi.

§. 10. Septimum est id quod olim vsitatum fuit librorum pestilentium prohibitio, quae nostris quidem sectariis initio iniusta visa est, sed modo illi ipsi eadem lege vtuntur, nec modo Calvinianorum, sed suorum etiam verant, querela Illyrici, atque aliorum sunt: Vt interbergensibus, & Lipsiensibus praela patere, ceteris occludi. Qua de re cum doctissimus noster Iacobus Greterus accuratissime scripserit ad eum remitto lectorem.

CAPVT XVIII.

Modus reducenda vera religionis.

Facilius seruatur integritas, quam reuocatur.

§. 1. PLERAQUE quae de conseruatione veritatis, & religionis dicta sunt, etiam ad errantes in viam reducendos valent. Viris tamē Politicis aliter, atque aliter tractanda sunt. Difficiliter inuenitur veritas, sed multo difficilius persuadetur erranti. Principis tamen officium est, etiam in hoc incumbere, ut prauae opinionēs tollantur e medio, Deo

honor suus restituatur, animarum pereuntium saluti consulatur.

§. 2. PRIMA quidem ratio, quod in fidibus faciunt musici, ut paulatim ad concentum reducant, tu agendum, & in morbis medici, qui humores noxios particulatim, & per intervalla subducunt, ita quoque in Republica faciendum, quae errorum, & superstitio-num aegritudine laborat. Non probo tardos, & inefficaces languidorum processus, cum saepe a conatu defistitur, omnia quae adhiberi possunt, tentanda suadeo; sed lento, firmoque gradu, ne praecipitetur. Lenta imperia, & monitiones hic plurimum proficiunt.

§. 3. Secunda. Nulli principum Europae, si modo velit, difficile fuerit, animos hominum reuocare ad pristinos maiorum nostrorum ritus, id quod olim fieri nunquam posse putabatur, iam enim veterem religionem plerique amare incipiunt, nec vllis ministrorum calumniis induci possunt, quo minus multi in singulos annos ad vnitatem Catholicam redeant.

Non impediuntur musici, ut paulatim ad concentum reducant, tu agendum, quia sic magis obnititur contumacia.

Facile est Europae fidem reddere.

Tantum enim longaeua valet mutare vetustas.

quod ardentissime concupiuerunt, iam fastidiunt; aut etiam oderunt. Fatalis est illa vulgi leuitas noua mirari, vetera contemnere. Cum igitur in cursu haerens erat, nulla vi sisti aut sufflaminari potuit, postea languidior incessit, & in se diuisa, ac collisa impetum amisit, postremo retro reuersa est. Multae Germaniae prouinciae plures passae religiones, iam nullam retinent in dominorum voluntatem intentam. Causa huius rei, ut dixi, Leuitas est, & ignoratio veri. Altera ratio est, quod haereseon, & haereticorum nequitiam diu ignorare nequeunt, quodque in singulos pene annos mutari omnia experiuntur. Sponte in diuersa abeunt ut diu stare non possint. Quemadmodum si caecorum turbam e carcere emittas, facilius est, ut nullus, quam ut omnes ad metam pertingant, hoc argumento si prudenter magistratus vtatur, sponte in viam duci sese sinent, tot auia pertecti, tot sceleratorum apostatarum fraudes experti.

Sacietas errorum inducit ad orthodoxam fidem.

Tot mutationes faciunt ut omnium incerti sint.

§. 4. Hac igitur lenitate agendum est, nisi forte ex haerese sint, quae moram non patiuntur, ut sunt Muncerianorum, atque Anabaptistarum, eorumque qui in magistratum insurgunt. Ille enim ut morbi acuti medicinae lentae locum, & tempus negant, ideo celeri & periculoso remedio opprimenda sunt.

Quaedam haeresece-leri remedia tollenda.

§. 5. Tertio, Haeretiarchae & doctores errorum Republica pellendi sunt. Vna quidem vice, si commode fieri queat, sin minus sensim & paulatim; Non opus est hac quidem in re probatione; nam turbulentis, & vertiginosis Aolis abactis, mare quod imo fundo exciuerunt, sponte conuiescet. Et error cui patrociniū deerit, sine pugna concidet. Nunquam itaque satis laudati sunt imperatores, qui Arium, Nestorium, Vigilantium alios exilio multarunt, execrandi vero Wandali; qui collectos in Africa sacerdotes, & Episcopos equis obtulerunt, aut in desertis loca deportarunt. Multae rationes sunt religionis temeratores exigendi, quamuis fauente populo venena sua spargant, sed faciet id magistratus legitime, & iuste, nec calumniam vllam inferri sinet.

Tres potentes Germania principes religionis Lutheranae in Calvinianam, seu ipsi vocant, reformatam, commutationem fecerunt. Palatinus Elector, Hassia Landgravius, & Marchio Brandeburgicus, etiam Elector, & quamuis omnes pene subditi Zvinglianissimum odissent, sine vllō tumultu, (nisi quod Berlinum irasci praesumpsit) tralationem illam perfecerunt.

Tres potentes principes religionem mutant.

§. 6. His